



**Libellus Theophrasti Paracelsi vtriusque medicinae doctoris,  
de Vrinarum ac pulsuum iudicijs, tum de Physionomia  
quantum medico opus est : Accessit De morborum  
physionomia fragmentum.**

<https://hdl.handle.net/1874/451957>

LIBELLVS

Theophrasti Pa

RACELSI VTRIVS

QVE MEDICINAE DOCTORIS, DE

*Vrinarum ac pulsuum iudicij: tum de*

*Physionomia quantum me-*  
*dico opus est.*

ACCESSIT DE MORBORVM

*Physionomia Fragmen-*  
*tum.*





ARGENTINAE  
Typis Samuelis Emmelii. Anno  
M. D. LXVIII.

THEOPHILUS  
A CATHOLICUS  
DE TORN  
ACCEPIT DE MONAST  
DE



DE TORN  
DE





LIBELLVS

# Theophrasti Pa

RACELSI VTRIVS

QVE MEDICINAE DOCTORIS: DE

*urinarum, ac pulsuum iudicijs: tum de physio-*

*nomia, quantum medico opus est: typis,*

*ac annotationibus eiusdem*

*illustratus.*

PRAEFATIO.



VM IAM SAEPE DISCI- *Occasio huius*

pulorum quidam hor- *ius libelli.*

tentur: ac precibus pla-

nè contendant: ut libel-

lum de lotio inspiciendo conscri-

bam: auditores cādidissimi: tum

vobis gratificans, tum posteris

consulens, planè mea sponte, ac

lubens quidem, id oneris suscip-

piam. Atq; id otij, quod per aëstis

vas iam ferias nō literis, sed genio

B alijs

PRÆFATIO.

*Scriptionis  
causæ.*

*Nihil adhuc  
perfectum de  
urinis scriptū  
esse.*

alijs indulgendum cōcessum est: huic ego labori, ne ullum sine līnea, ut aiunt, diem transigamus, impendam. Gratificari autem uobis uolebam: partim, ut uel hoc quoq; obsequio studiosissimos mei demererer: partim etiam, ut in multis alijs dexteritati ingeniorum confulerem. Quis enim nescit: quàm frigida medicorum uulgius hæctenus urinarum iudicium tractauerit: qui præter quàm quod innumeris somnijs suis de humoribus, alijsq; id genus triticis chartas implent: optima quoque adolescentium ingenia miserè nescidem obruunt: adeo ut uel tota uiri ætas huic saltem parti non sufficiat. Quare, auditores studiosissimi, uisum mihi est: de lotij ratione quædam certo quodam ordine, ut succinctius, ita & uerius



ritus distribuere: idque facile, uetera nostris conferentes, iudicabunt. Hoc autem beneficii loco ducam: si cultioris linguae studiosi persuasum habeant: cum alicubi uocem, caeteris autoribus minus receptam, usurpamus: id fieri: quo & colorum rationem, quae hoc loco desideratur: & rei proprietatem expressius delineare queam.

Insuper si quid obscurius aequo occurrit: id nostra quantulacumque industria inexplicatum

*Verborum barbariam rerum bonitas facile compensabit.*

haud sinet. Sed ad rem ipsam.

**B II LIBRI**



LIBRI PRIMI  
TRACTATUS  
PRIMVS.  
CAPVT I.

VRINAE DEFINITIO, ET  
diuisio.

1. *Vrinae diuisio.*



2. *Definitio.*

3. *Significatio.*

VRINAM IN TRES,  
exteriolem scilicet,  
cruoris, & permixtā,  
partes distractā, ni-  
hil aliud esse: quā  
salem ab ingesto nu-  
trimento segregatū,

& quoddam trium primorum excres-  
mentum, à natura neglectum, defi-  
niam. Quæ quidem peculiaribus his  
separandi, concoquendi, siue digerendi,  
expellendiq; facultatibus in quolibet  
trium principalium membrorum  
utitur. Singularum igitur facultatum  
cuiuslibet membri urina tum prosperam,  
tum aduersam hominis ualitudinem  
indicat. Porro hæc ex ipsdem iam  
separata,

separata, digesta, & urinæ cognomen-  
tum accipit: expultricemque uim recte  
habere, tum color eius, tum æqualis il-  
le symmetriæ modus declarant. Proxi-  
mis etiam tribus capitibus de urina  
recte ualeitudinis indicatrice dicere sta-  
tuit: quo facilius aduersæ notas in se-  
quentibus deprehendamus.

4. De bonæ  
ualetudinis  
urina primis  
dicet.

## CAPVT II.

## DE VRINA, FACULTATVM

*stomachi habitum declarante.*

**S**eparandi facultas uentriculi, quæ  
& primum obtinet inter reliquas  
locum, coloribus urinæ dignosci-  
tur. Nam separato sulphure crudo, co-  
lor seu tinctura Topacio similis, aut  
potius Colophonix spissitudinem re-  
ferens, in stomacho remanet: quem si  
qua refert urina, hac quoque parte sepa-  
rationem iustam esse non dubitamus.  
Quod si uel Salis uel Mercurij colores  
in ea uicerint: corruptam, & minus sa-

i.  
Separatio.  
1. Sulphuris.

B in nam

LIBRI PRIMI

Vrinam sanā  
solum sul-  
phur tingit.

2. Salis.

3. Mercurij.

nam iudicamus. Sani enim hominis  
urina solo sulphure tingitur. At alio-  
rum alia ratio est : Siquidem absolus-  
tam salis separationem huius particu-  
læ, tum hypostasi exacte concinnata,  
tum colore inter fuscum ac coelestem  
medio, cognoscis. De Mercurio non  
aliter censendum : quippe qui, ex suo  
ingenio grauis, fundum petens, supre-  
mæ tamen parti urinæ, & substantiæ,  
& colore similimus existit, eiusq; pro-  
inde separatio optima.

II.

Concoctio.

1. Sulphuris.

2. Salis.

3. Mercurij.

III.

Expulsio.

Concoctionis autem hæc sunt: uri-  
na in substantia, & colore perspicua  
sulphuris; hypostasis autem coelestis  
coloris, & perlucidi, Salis exactam dis-  
gestionem reddit. Pari modo, ubi ea,  
quæ fundo continentur, ac hypostasis,  
summaq; urinæ pars iusto dissident  
intervallo : tum Mercurium bene co-  
ctum existimato. Expultrix inde fa-  
cultas non negligenda : quam plane  
nulla prorsus parte excelsisse urinæ  
quantitas una cum hypostasi demon-  
strant. Illa quidem ut modum seruet,  
hæc

hæc uero ut tertiam urinæ ex Iuuenibus partem, ex decrepitis autem quartam obtineat. Quarum si unam comperies diminutam, minus recte habitis indicium est. Ex his tandem aduersa, quæ stomacho accidere possunt, iudicabis.

Quantitas.

Hypostasis.

## CAPVT III.

## DE SANA VRINA, EPATIS

ratione.

**I**ecoris bonum habitum his notis depræhendes : ut ea, quæ in urina continentur, diaphana clara, & perspicua reluceant. Atque ea in primis laudatur urina, quæ radios in manum transfusos reflectit: Sulphurq; optime separatum à iocinore commonstrant. Simili ratione hypostasis ab alijs discretæ, lucemq; in altum transfundens, salem in Epate separatum testatur. Quod autem in fundo remanet : si in tantum lucidum fuerit : ut radij eius per utrumq; fundum appareant: Mercurium ad amussim separatum denotat.

1.

Separatio

Epatis bonæ.

1. Sulphuris.

2. Salis.

3. Mercurij.



## LIBRI PRIMI

- II.  
*Concoctio.*  
 1. *Sulphuris.*  
 2. *Salis.*  
 3. *Mercurij.*

*Contenta.*

cat. Concoctio seu decoctio his notatur signis: Si urina densi non sit coloris, ut uel agitata lucidiorem perpetuo seruet habitum: quæ sulphuris cocti iudicium præbet. Idem quoque hypostasis, commotione non dissoluta, de Sale portendit. Porro quod fundo res manet fixum, nec in minimas quascumque distractum partes, Mercurium scilicet optimè digestum significat. Ad hæc quæ in urina continentur simul quidem numero tria ordine, & situ egrè compacta, facultatibus nihil deesse ostendunt.

## CAPVT IIII.

DE VRINA RENVM HABITUM DECLARANTE.

*Signa  
 Renum facultates bene se  
 habentium.*

COLORE hypostasi, ac his, quæ fundo continetur, recte habentibus: nec quauis turbatis agitatione, nullam omnino defecisse facultatum in renibus affirmabimus: Et si hoc in loco, iusto tamen retento & situ, ac ordine,

dine, eorum quantitati nonnihil detrahitur. Hæc tandem Epilogi uice à nobis subiicienda, Sanæ omnino urinae indicia esse: Hypostasim, & porosam, & symmetria non excedentem; cuius color ad latus utrunq; effusus, summa eius parte reluceat: tandem quicquid reliquorum inciderit, inaspicatum censeto. Hæc de urina sana dicta in præsentiarum sufficiant.

*Epilogus urinae sanæ.*

## ANNOTATIONES

IN CAPITA PRIORA.

**Q**uo tempore, quoque pacto urina sit colligenda, mittendaq; medico, notandum est: quod ea urina, quæ à prandio statim colligitur, iudicio non est conueniens. Nam cum nutrimenta primum in stomachum ueniunt: a quo sitatem quandam superfluum efficiunt ad uesicam, ex qua nihil iudicari potest. Nec secundario eiecta ualet admodum, quæ post duas uel tres horas efficitur. Nam tum Epur

*Urinæ collectio.*

*Superfluitas inutilis.*

*1. Stomachi.*

*2. Epuratio.*

B v suam



## LIBRI PRIMI

3. Renum.

*Superfluitas  
negativa.**Collectio uri-  
nae verae.**Vrina colle-  
cta mane.**Interdium.**Famelicorum.**Vrina cruo-  
ris.**Observatio.*

suam eijcit aquositatem: ita quoque in renibus. Sed quarta quae sequitur quantulacunque sit, colligenda est. Ita quoque nocte, quae eijcitur prima, cum itur dormitum, non ualet: nec illa quae ante tertiam emittitur: sed quae postea sequitur, colligenda est. Est quoque urina uera ex qua certi quicquam medicus iudicare potest. Quod si quis per noctem non mingat: opus est, eam accipere, quae mane emittitur: ea quoque fit spumosa, nec admodum colorata: nam uenit ex urina uera, & aquositate. Notandum quoque, eam urinam, quae interdium exit: coloratiorem esse ea, quae noctu. Item famelici citius poterunt urinam dare, quam caeteri: id est, ij qui non statim fame afficiuntur. Haec de urina exteriori. Cruoris urinam si colligere uolueris: opus est, ut nihil comedas, nec bibas: aut saltem siccum panem, aut siccam carnem: ut est assata, & tunc colligatur ea urina: quae post mediam noctem uenit: sed tamen ante septimam. Quod si contingeret, ut patiens laboraret

raret aliquo morbo acuto, qui nihil quidem comedit: sed interim largiter bibit: is admonendus est, ut unica saltem nocte nihil bibat, quo urina certa cruoris colligi possit: aliàs enim falsum urinæ iudicium redderetur. Nam *Cruor naturalis humor est.* etsi & à cibo, & à potu abstineas, tamènatura quotidie per seipsam dat suum cruorem: ea enim quæ sunt in natura mineralia, hunc cruorem quotidie mittunt. Hæc de colligenda duplici urina dicta sufficiant. Nam non admodum *Vrina permixta.* refert, quo tempore permixtam colligas urinam, quanquam & eo modo colligi consulum est, quo exteriorem.

## IN CAPVT I. ET II.

*Annotata.*

**V**Rinam ante omnia triplicem esse, ut præscias, oportet: exteriorem scilicet, cruoris, & permixtã. Primum igitur de urina exteriori. *Vrina exterior.* Exterior urina provenit ex his, quæ aut comedimus, aut bibimus: id est: ex nutrimentis, nec quicquam aliud indicat: *Quid indicet.* quàm

## LIBRI PRIMI

quàm quod ad stomachum, epar, aut  
 renes attinet: dicitur quoq; urina Tar-  
 tari; eò quòd uenit ex tartaro coagula-  
 to, putrefacto, aut ex opilatione. Estq;  
 duplex, sana & nò sana. Sana cum tinc-  
 ctura sulphuris adest, nec tamen sem-  
 per aurea est: nam quandoq; flaua, in-  
 terdum pallidior quodammodo uide-  
 tur. Urina tartari cognoscitur ex cir-  
 culo, nam si is est unicus plumbei co-  
 loris, signum certissimum tartarearum  
 urinarum. Indicat autem hæc urina se-  
 parationem: scilicet eam, quæ fit in tri-  
 bus principalibus membris, puri ab  
 impuro, digestionē, & expulsionem:  
 qualiter facta sunt tria prima: id est,  
 Sal, Mercurius, & Sulphur in qualibet  
 urina dignosci possunt. Hypostasis  
 enim salis qualitatem, tinctura sulphu-  
 ris, fundus Mercurij denotat. Notan-  
 dum tamen urinam tartari nullam mis-  
 neralium ægritudinum indicare: sed  
 solum tartari quæ ad stomachum, &  
 Epar, & Renes spectat. Hypostasis, id  
 est, salis tinctura si fuerit cœlestini co-  
 loris

*Urina tartari.*

*Urina exte-  
rior duplex.*

*1. Sana sul-  
phuris.*

*Tartari unde  
cognoscatur.*

*Quid indi-  
cet.*

*Signa trium  
primorum.*

*2. Salis.*

loris ( *Blofarb* ) signum est salis bo-  
 ni. Notandum tamen, ut uideatur pa-  
 rietem uersus : ut umbra aliquantulū.  
 Mercurius, id est, liquor nutrimenti si  
 bene separatus fuerit : tunc erit urina  
 flaua, prout cuiuslibet generis, & re-  
 gionis natura ex postulat, non semper  
 aurea. Urina cruoris est, quæ non per  
 nutrimentum, sed à natura expellitur è  
 membris interioribus : cuius circulus  
 coloratior quodammodo est : tenditq̃  
 ad rubedinem. Ex hac urina possunt  
 grauissimi morbi dijudicari, præcipue  
 ñ, qui ueniunt ab ipsa natura : ut est ca-  
 ducus. Notandum quod, nisi in urina  
 cruoris, nihil certi potest pronuciari  
 ex circulo de dolore capitis. Nam ni-  
 hil aliud indicat, quàm urinae qualita-  
 tē, id est, an exterior sit. In cruoris etiã  
 ea, quæ ad Epar, aut ad renes perti-  
 nent, iudicari possunt : uerum nihil de  
 stomacho eiusq̃ ægritudinibus. Nihil  
 enim de Pleurisi, & hydropisi defini-  
 ri potest ex urina cruoris.

*Observatio.*

3. *Mercurij.*

*Urina cruo-  
ris.*

*Eius indica-  
tio.*

*Circulus quis  
certus sit.*

*Iudicatio cir-  
culi cruoris.*

DE



LIBRI PRIMĪ  
DE VRINAE QUANTI-  
tate.

*Vrinae quan-  
titas.*

*Vrina multa  
pallens.*

*Hypostasis  
alba.*

*Vrina crapu-  
losa.*

*Vrina Arche-  
lai.*

*Vrina per-  
mixta.*

*Fundo ex-  
terioris uri-  
nae.*

**V**Rinae quantitas notanda, quan-  
tum ad uirtutem expulsiuam:  
estq; secundum quantitatem pos-  
tus, & escæ animaduertenda. Si urina  
est multa, & pallens: Signum est quod  
archeitas, id est, propria natura stomas-  
chi deficit: & nimium sumptum fuerit  
de nutrimento. Si hypostasis alba est:  
urina est falsa: & omnia iudicia ex ea  
itidem: sic nihil dignosci potest in illa.  
Itidem ex urina crapulosa nō est multa  
tum iudicandum: cum nō habeat per-  
fectam digestionem, separationem, &  
expulsionē. Est enim sicut urina Ar-  
chelai æquiuoca, qui secundum quod  
bibebat, & comedebat, etiā mingebat.  
Et hæc urina dicitur permixta, quæ ex  
duobus circulis diuersi coloris dignos-  
citur: fitq; cum salia expellunt sua ex-  
crementa, æsum, potumq;: & compo-  
nitur ex exteriori, & cruoris. Hæc de  
permixta. Notandum de fundo urinae  
exterioris, quod semper debet esse spif-  
sior

flor aliquantulū, quā superior pars:  
tamen perspicuus, & diaphanus.

IN CAPVT III. ET QVARTUM.

**S**I digestio iocinoris bene perfecta  
est: non tangit inferiorem fundum  
fundus superior. Si hypostasis in  
superiore parte lata est, deficit in uir-  
tute expulsiua. Nam hypostasis debet  
sursum in acutum uergere: acumine  
superiora tangere: urina fit aurei colo-  
ris bene facta separatione in renibus.  
Quod si fundi non bene dignosci possunt:  
signum malæ separationis. Fundi uero  
bona clarificatio, & cum duplex sit  
reflexus ad manum: unus palidior alio,  
tamen utriq; flauis bonæ est separationis.  
Item, cum urina non est spumosa  
oder jestig. Notandū quoque: quod urina  
in renibus primum coloratur, & quanto  
coloratior existit, ad aureumq; colorem  
propius accedit: tantò meliõs separationis  
factæ signum est. Obseruandum hoc quoq;  
spumam

*Vrina sana  
Epatis.*

*Hypostasis.*

*Color.*

*Fundus clarus.*

*Spuma carens.*

*Vrina coloratior fit in renibus.*



## LIBIRI PRIMI

*Spuma in ex-  
teriore poda-  
græ signum.* sputam in exteriori urina significare  
absolute podagram, nec quicquam aliud.

DE VRINA AETATVM, ET  
sexuum.

*Vrina iuuen-  
cularum &  
iuuenum.*

**V**RINÆ iuencularū semper sunt  
habiliores, quā in iuuenibus:  
hypostasis sit longior, minutior:  
iuuenum semper crassior. Illarum uri-  
næ paruam adhuc in fundo dant hy-  
postasim: quamuis non bene animad-  
uertentibus uideatur continua cum  
superiori. Et hanc hypostasim matris  
propriam, uerum dat minutissimam,  
attamen discretam: quæ tamen in uiros

*Hypostasis in  
iuencularū  
urinis.*

*Signum mu-  
lieris sanæ &  
fœcundæ.*

rum urina non est: & est signum mu-  
lieris sanæ, & fœcundæ. Menstruo au-  
tem deficiente hæc hypostasis abit: &  
est signum olim fœcundæ: quamuis  
postea semper sentiat grauedinem, &  
lalsitudinem: tenditq; hypostasis ear-  
um ad albedinem: estq; circa uitrum  
circumcirca plumbea, ut circulus:  
quamuis eæ mulieres nihilominus  
fuerunt sanæ, secus in uiris. Nam ibi  
urina

*Virorum.*

urina eadem debet permanere, nisi in omnino senibus, ubi colores quoque alterantur. Pallidior fit tinctura sulphuris, Hypostasis quoque indies fit minor, quod quidem debilitati eorum ascribendum est, non senio. Si urinam diuiseris in quatuor partes, tres tantum partes sunt iuuenum, quarta est senum &c. Verum ut semel concludamus. Urinae perfectae sanae signum certissimum, cum egregie turbatur, & mouetur a medico, & spuma ex motione causata, statim abit, hypostasi decenter in medio stante, & fundo se bene habente. In mulierum quoque urinis cum mouentur ita, fiunt paruae bullae intra instantas duas hypostases, & hoc certissimum signum urinae mulieris. Haec de urina sana dicta sint.

*Senum.**Urinae senum atq; iuuenum diuisio.**Urinae perfectae sanae signum.**Urinae mulieris signum certum.*

Finis tractatus primi.

C THEO.

LIBRI PRIMI

# Theophrasti Pa

RACELSI DE VRINARVM IVDICIIS LIBRI I. TRACTATUS

*status secundus: qui est de Urina non sana  
Tartari, ac Rubini exte-  
riore.*

DE VRINAE NON SANAE DIVISIONE, eiusdemq; subdiuisionibus, scilicet,

*Tartari, Rubini, Alkolite, Scateae, Tremulae, saeculae,  
Formulaeque.*

CAPVT I.

Medici officium.



NON TEMERE HYPOCRATES medico prudentia, futurorumque cognitionem necessariam arbitrat, quandoquidem solius sit medici prudentis, & exercitati, hominis naturam, ac partes, earundemque tum prosperam, tum aduersam nouisse ualetudinem. Cum autem illarum quaedam in pro-

in profundis corpusculi latibulis sitæ,  
 nõ nisi excrementis dignosci queant,  
 ea hîc stylo, ac ordine prosequi ani-  
 mus est. Primũ autem urinarum quæ  
 aduersũ ualentinis, principaliũ mem-  
 brorum, id est, stomachi, iocinoris, &  
 renum notas habent, quarũ aliæ sunt  
 tartari, aliæ nutrimenti. Quæ tartari  
 est, prorsus trifariam diuiditur. Nam  
 aliam congelatis, ac id generis quæ so-  
 lum membris concoctioni destinatis  
 continentur, ascribendam puto, alio-  
 rum hæc appellatur, quod tartari su-  
 dia exacte ab ea dependeant. Alia  
 insuper putrefactionem tartari, qua  
 & affecta sunt membra, demonstrat:  
 & scatea dicitur. Hæc enim uniuersæ  
 putrefactionis, ut alcolita congelatio-  
 nis iudicium affert. Tertia tremula est,  
 & hæc tum opilationem, tum morbos  
 ex eadem natos in dictis partibus sa-  
 gaci equidem medico prædicit. Quæ  
 autem ex Rubino, id est, nutrimento,  
 quod ab ijs quæ egerimus, separatur,  
 inidem est duplex, una quæ dicitur fœ-

*Vrinæ uale-  
 tudinis ad-  
 uersæ.*

*1. Vrinæ tar-  
 tari subdivi-  
 sio.*

*Alcolita.*

*Scatea.*

*Tremula.*

*Rubini sub-  
 diuisio.*



LIBRI PRIMI


Fæcula.

cula à fæcibus, & est cum urina cor-  
rumpitur, seu frangitur, signum nutris  
menti, cum in Epate iacet, ut debet,  
nec tamen attrahitur à membris, caret

Formula.

enim uirtute attractiua. Altera dicitur  
formula à forma propria, & est cum  
urina exit suo colore proprio, ut ogro  
colore, id est, leibfarb/ aut rubea, si-  
gnum exitus rubini unà cum urina.

TYPVS PRAEDICTO-  
rum.



IN CAPVT PRIMVM  
Annotationes.

Diuisio.

**V**Rina non sani hominis duplex  
est,

est, tartari & Rubini, id est, nutrimentum, quod ab ijs separatur, quæ egerimus, utpote à stercore, & urina. Tartarus dicitur, quicquid generatur eo, quod non Rubinum est. Urina tartari indicat omnes eius ægritudines, aut ex eo promanantes, utpote lapidem, calculum, arenam, steyn vund griess. In summa omnes cōgelationes in tribus membris principalioribus, & est triplex, quædam dicitur alcolita, quæ excrementi est, neq; quicquam aliud est, quàm excrementū, cuius signum est alcohol, id est, tartarus resolutus in minutas partes, in sal resolutum, & fit multipliciter, aliquando enim exeunt cum urina granula alba, aliquando in urina uidetur V snea, aliquando pruinæ, ut in matulis est uidere, cum arena in fundo iacet. Verum si occultatur hæc alcolæ uidetur in urina weisse ferselin als zerschnitten baumwolle. Nonnunquam exit in liquorē & dat in fundo spissitudinem quandam, quæ omnium pessima, ut mucilago quædam

Tartarus.

I.

Urina tartari indicatio.

Diuisio.

1. Alcolita.

Vnde dicitur.

Eius forme.

Granula alba.

V snea.

Pruina.

Seserlina.

Mucilago.



LIBRI PRIMI

dam *lettig/schleimerig*: estq̄ certum  
 signum lapidis in uesica, aut calculi.  
 Item cum urinam permittis ad 6. uel  
 7. horas stare in matula donec infri-  
 gidetur, uides quo pacto se appendit  
 in matula. Et est alcohola pruinosa  
 seu usnea, quæ in urinali poterit ui-  
 deri.

SCATEA dicitur secunda tarta-  
 reæ urinæ species, à foetore nomine  
 sumpto, estq̄ indicatiua omnium, quæ  
 ex tartaro, putrefactionum, eiusq̄ si-  
 gnum scaton, id est, foetor urinæ. Inde  
 iudicantur trium principalium mem-  
 brorum putrefactiones, quiquæ ex ea  
 putrefactione generantur morbi. Sa-  
 por quoq̄ pertinet ad signum scatos,  
 ut si ialsa acuta tum sua habet signa.

TREMULA tertiam appella-  
 nt, & est cum urina ponitur ad mens-  
 sam, aut alium locum nō mouentem,  
 & tamen urina per se ipsam semper  
 mouetur, & ascendens, descendensq̄  
 quasi bullire uidetur, signum est opis-  
 lationum, & ægritudinum quæ ex ijs  
 proueniunt indicijs.

2. *Scatea.*  
*Indicatio.*

*Sapor.*

3. *Tremula.*

*Eius indica-  
 tio.*

R V

RUBINI species ex textu claræ sunt. Item notandum si urina admodum lactea existit, nec conuenientes habet partes, signum tartari resoluti, & exit maximo cum dolore. II.  
Rubini species.  
Observatio.

DE ALCOLITARVM SIGNIS,  
cuius sequens tabula parteis  
declarabit.

## CAPVT II.

Alcolita aut designat tartarum.	Stoma- chi	Hypostasi	Orexi- m Compressio- nem Arsuram	} signis ficat.
	Epatis	Diuulsi- one	Compunctio- nem Sitim uehemen- tem Compressio- nem	
	Renum	Sedimine	Grandinem. Vsnem. Pruinam. Calculum.	

ANNOTATA IN HVNC  
typum.

**I**n primis notandum, quod omnes  
C. iij. agris

## LIBRI PRIMI

**Alcolita ægri tudines.** ægri tudines, quas alcolita indicat, necesse sit esse, aut stomachi, aut epatis, aut renum. Hypostasis semper indicat tartarum in stomacho, Diuulsio in Epate. Sedimen in renibus. Diuulsio est, cum hypostasis urinæ hinc inde est diuulsa, & quasi nubilosa, gewüls *et hinc vnd her.* Sedimen est fundi, & est quasi Nebula, aut ut spissa nubes in fundo residet. Hypostasis si alcolita est, est porosa, iacetq; in uno loco, & in alio non. Et in poris, aut foraminibus istis iacet alcolita, id est, *dic fäserlin/* signum tartari est in stomacho, & poterit indicium esse arsuræ stomachi, Orexis, aut compressionis in furcula pectorali, quæ debent prædici ægrotantibus. Quod si Hypostasis fuerit rubra, *rot farb/* signum uehementis morbi, ac doloris in stomacho. Quod si ea cadit frustillatim, ac diuulsa, ac raminosa, signum tartari in epate, inde compunctiones, id est dolores in latere dextro. Quod si ea diuulsio fuerit rubea, signum morbi uehementis.

hementioris. Sitis semper adest, frigida  
 diuulſio sunt in manibus. Quod si diuulſio  
 fundum uersus recidet, significat  
 tartarum in inferioribus regionibus  
 epatis infra costas (*hinab.*) Sedimen  
 cum fundo residet, tunc tartarum  
 in renibus prædicit, quod si istud quo  
 que rubeum, morbus in eo uehemen  
 tior. Item si urina cum sedimine rubra  
 est, pruinae in renibus, seu usneae si  
 gnum est, habent dolorem in spissitu  
 dine pedis superius *oder in schlossen.*  
 Si autem arena cum sedimine exit, com  
 pressionem in furcula pectoris iudi  
 cato, & non sani stomachi signum es  
 sedicito. Sed si grandines aut pruina  
 refert, omne uitium est in renibus, &  
 est generatio marmoris rubei secun  
 dum spagyros. Sed ut hæc clarius in  
 notescant, quedam repetemus. Urina  
 alba cum aranea lapidem uesicæ indi  
 cat. Hypostasis perforata, in qua &  
 Alcola (id est, *feslin*) continetur, com  
 pressionem & arsuram (*druck en vnd  
 brennen*) notat. Diuulſio hypostasis,

*Renum.**Pectoris com  
 pressio.**Grandines.  
 Pruina.**Marmor ru  
 beum.**Repetitio.**Lapis uesicæ.**Compressio.  
 Arsuræ.*



## LIBRI PRIMI

*Dolor dextri  
lateris.*

*Dolor inter  
epar & re-  
nes.*

*Morbus re-  
num.*

*Orexia.*

in qua & foramina, & alcola est, do-  
lorem dextri lateris, quæ si rubea, ue-  
hementiam morbi significat, quem  
uel sitis, uel manuum frigiditates com-  
mitantur. Hypostasis, quæ fundum  
petit, inditium doloris est, inter Epar  
& Renes. Densum fundo latens, re-  
num morbum indicat, quod si rubet,  
uehementiorem. In furcula pectorali  
compressio atque Orexis, stomachi  
tartarum & imbecillis  
tatem ostens-  
dunt.

DE

DE FORMA ALCOLAE IN SPECI-  
ali, deq; accidentibus, & signis eiusdem.

## CAPVT III.

Alcola	I. Forma	Reso= luta	Alba, lactea, serum lactis, aquea, & significat calculum ex lapillis, fit generatio ad lapidem.		
			Rubea, subrubea, citrina, crocea, tinctoria significat arenam, & mar- mor, den roren steyn / id est, griess.		
		Areno= sa	Alba ut farina, Furfurea significat calculum ex lapillis cum bolo.		
			Rubea citrina significat formam et materiam sicut apparet.		
	II. Acci= dentia	Mucilaginoso, bituminoso, ulscoso, tartari nō benè confecti significatiua, & plura alia.			
		Sanguis significat lesionem ex tartaro in ala- teram partem.			
		Pius ulcerationem secundum locum.			
		Sanies putrefactionem secundum locum:			
		Restrictio opilationem cruoris.			
		Emissio inuoluntaria, est ingressio tartari.			
III. Signa	Ab ex perie tia	Spi= ritus	uri= ne	Curā impossi- blem, nisi priora signa concu- rant: ut mucila- ginis,	signā ficat
				Sal	



LIBRI PRIMI  
IN TYPVM PRÆCEDENTEM  
Annotationes.

1. Alcolare-  
soluta.

**R**esoluta forma alcolæ est, cum  
prorsus occultatur, nec ullum  
priorum partium, aut signorum  
emittit, & tunc resoluitur tartarus, &  
separatur ab urina (*sein hinweg*) &  
discretus supra alium significat. Acci-  
pito urinam ex urinaliposito eam ad  
horas 4. uel 6. tunc uidebis quod in-  
spissatur, fitq; deinde tenax. Si uris  
na arenosa habet sedimen, signum est  
futurorum grandinum, *will sich an-  
setzen*. Si cum alba urina albæ arenus  
le signum lapidis in uesica.

Eius proba-  
tio.

2. Arenosa.

3. Mucilagi-  
nosa.

Mucilaginoso *schleimartig*. Cum  
mucilago reperitur in urina, quæ si  
fuerit alba, signum uehementis lapi-  
dis. Verum si aurea fuerit, potest esse  
ex spermate, à quo aliquando mucila-  
go uenit. Item si arena cum mucilagi-  
ne, plurimum lapidum signum. quam-  
uis enim mucus ille non sit lapis, tamē  
lapidis inditium est.

Alcolæ facte  
guts.

Sanguis si cum urina, id est, si tingit,  
ut urina.

ut urina cum infunditur in aquam, signum quod tartarus uenam aliquam in renibus aperuit, & tum exit sine dolore. aliquando iterum consolidatur per se ipsum, aliquando iterum aperitur. Quod si frustillatim exit signum sanguinis coagulati, quod nonnunquam hominem interficit. Notandum hoc extra ordinem. Cum sanguis funditur in aquam, bene animaduertendum, quomodo, & quā diu stet, quando mucos colligat, quando non. Nā aliquādo mucus exit, aut fit, ut frustra. Pus est eyter/ quod habet foetorem, spissius, uiscosius, tenacius, quā sanies. Sanies est, quod quotidie ex foramine aut ulcere exit. Si pus est rubrum, significat morbos esse adhuc in renibus, si uero album, tunc est in uelica. Sanies fit, cum urina in se ipsa putrescit, iacet in urina, ut pus densum & clarum. Restrictio est, cum urina restringitur, & opilatur, tunc est deopilandum. Emissio inuoluntaria, cum quis aliquando emittit urinā nec sentit,

Sanguinis  
frusta.  
Observatio.

Mucus.

Pus.

Sanies.  
Indicatio.

Restrictio.

Emissio.


## LIBRI PRIMI

tit, signum tartari penetrantis per poros, nec recta, ac conuenienti uia intrat uesicam. Ardor guttatus, cum quis guttatim mingit, signum tartari, quod si alba, tendit ad calculum, si rubea, ad grandines. Spiritus. Urina aliquando pulchra est, nec in ea quicquam potest reperiri, & tamen patiens laborare uis detur calculo. hac experientia est utendum. Urina est destillanda, quod uenit ex destillatione, ponito in aquam frigidam, quod si ad fundum proijcit atomos, ut salis petrae, & iterum ascendant uelociter in uitrum, signum certum est calculi. Sal urinae, cum urina stat per duos dies aut tres, tunc ponit tartarum (ut nimirum facit) in matulam circum circa, aliquando album, aliquando leberfarb/ aliquando rubrum ubique in matula, haec duo signa sunt incurabilis, easque nisi arena aut mucilago aut alia praedicta signa accesserint.

DE VRINA SCATEA ET  
putrefactionibus eius.

## CAPVT IIII.

## TYPVS.



## LOCA VRINAE SCATEAE.

Vrina	Pallida	est	Stomachi.
	Rubea		Epatis.
	Crocea		Renum
	Turbida		Omniū trium.

ANNOTATIVNCVLAE IN  
eosdem typos.

**N**Otandum quod in urina duplex foetor et pu-  
foetor est, ita quoque duplex pu-  
trefactio est urinae, corporis & plex.  
nutrimenti. Si nutrimenti putrefactio  
est, i. Nutrimētū.



## LIBRI PRIMI

2. Corporis.

Stomachi.

Epatis.

Renum.

Omnium  
trium.Fœtoris cu=  
ra.Fœtor sul=  
phuris.

Picis.

Olei.

Odores Mer=  
curij.

est, tum urina putrefit sola, exit alba, & fœtet. Sed si colores alios habet, tunc corpus putrefit, & fœtet urina. Si pallida, & tamen non lactea, tunc stomachi est putrefactio, *stinct inen der athen.* Si rubea, & fœtet, est putrefactio epatis. Si crocea, renum. Si turbida, id est, nullum certum colorem habens, tunc est putrefactio in omnibus membris. Quod uero ad odores attinet, obseruanda est experientia medico. Si uenit ex sulphure, tunc medicetur ex thure, mastice, & mirrha, ut in Iliado. Si ex mercurio per Therebinthinam destillatam, aut per oleum philosophorum, uel per Centaurium. Si ex salibus fœtet, fiat cura ex uitriolatis. Urina quæ olet ut stercus sulphuream putrefactionem indicat. ut autem fœtores rectius intelligas, notandum. Picis est, ut cum Pix sutorum comburitur super carbonem. Olei cum proieceris ad ignem habebis fœtorem. Mercurij omnes tres tendunt ad lepram, significantes putrefactionem mercurialem fortem;

fortem, Ireos veiolwurzen / carnis  
 sicut ius carniū, Herbarum ut cum  
 introducitur fœnum, aut cum prata  
 accedis &c. Quod si colorum quoque  
 unius superiorum accesserit, in alium  
 signum putrefactionis. Salis crudi cū  
 projicis super recentem prunam, aut  
 carbonem notabis odorem fumi. Ar-  
 senici facito quoq; ut in Sale, est enim  
 fermè sapor siue odor cœparum, Spi-  
 rituum, ut vitriolum projice in ignem,  
 fumi fœtorem animadvertito, & ha-  
 bebis spirituum fœtorem. Hæc de u-  
 rina scatea.

Odores salis.

DE VRINA TREMVLA ET  
 opilationibus.

## CAPVT V.

Vrina tre- mula	Loca	Stomachus Epar Renes	habent urinam	Pellucidam. Diaphanam. Absq; contētis.
	Accidentia rubræ		Spissa. Lucida. Mediocris.	

D AN

LIBRI PRIMI  
ANNOTATIVNCVLAE IN  
precedentem typum.

Opilatio sto-  
machi.

Meseraica=  
rum.

Epatis.  
Renum.

Febris.

Pestis.  
Pleurifis.  
Mors.

Vrina corru-  
pta.

**O**pilatio stomachi est, cum uia in-  
ter iecur & stomachum opila-  
tur, fit quoque opilatio in meseraicis, absque contentis, id est, siflat, ut  
pura aqua destillata. Nam omnes \*  
debet aliquid egregij continere, ut hy-  
postasim, ut liquorem, sedimen. Urina  
translucida si fuerit lucida, atque palli-  
da, significat stomachi opilationem,  
quod si rubea, Epatis, crocea, renum.  
Sed dato in fundo caloris indicium  
est. Urina pallida cum spuma, signū  
paroxismi febrilis, rubea quoque cum  
spuma signat febrem. Quod si circū-  
lus clarus est, & caret spuma, ut pluri-  
mum signat pestem. Si turbida fuerit  
cum spuma caretq; contento, Pleuri-  
sin significat. Urina rubea carens con-  
tento spissa, signum ad mortem. Nam  
cum natura mori uult, desinit digere-  
re. Cum urina corrumpitur, medicus  
iam duo habet indicia, unum cum es-  
set integra, alterum cum iam corrup-  
pitur.

pitur. Et quando urina in quinque aut sex horis corrumpitur, iam non est sanitas, sequiturque ut plurimum his phusis, hectica. Loca in ea iudicari non possunt, nisi arena concurrat. Formuleam urinam opus est similem esse carni, non pulmento, habetque colorem carnis, hic ut plurimum sequitur disenteria, uel diarrhea. Hec de urina exteriori dicta sunt.

Phthysis.

Hectica.

Urina forma  
mulea.Morbi dissolu-  
luti.

Tractatus secundi finis.

## Theophrasti Pa

RACELSI DE URINARVM IUDICIIS LIBRI II.

Tractatus I. Caput seu Ty-

pus I.



VM NVTRIMENTI VRI  
na omnes in uniuersum  
morbos indicare non pos-  
sit, uisum est secundæ etiã  
partis, hoc est, cruoris uris

De urina  
cruoris.

nã describere,

D ij Urin



LIBRI PRIMI

Vrina cruoris  
tribus cogno-  
scitur.

Coloribus, & hoc propter membrum & locum.  
Substantia, propter mineralium naturam.  
Contentis, propter accidens & morbi qualita-  
tem.

Particu-  
laris mem-  
bri, et sunt  
sex colo-  
res.

Cruoris  
color tres  
ordines  
habet: sci-  
licet

Vicini  
membri,  
et sunt se-  
ptem co-  
lores.

Albus nec tamè lacteus, et habet spumam  
uineâ, et inde indicantur morbi cerebri.  
Luteus Ringelsarb oder leberfarb/  
cum spumis inde ea que sunt pulmonis.  
Flauus appositus albori cum spuma eius-  
dem coloris, inde ea que sunt fellis.  
Eiusdem coloris sine spuma epatis.  
Castaneus, braun/ ut crocus martis cum  
modica spuma splenis.  
Plus diaphana, quam pulmonis, renum et  
epatis, sed cum pinguedine.  
Loturæ carniū similis: lacertorū faucū.  
Pallidus, pinguedinis in superficie.  
Albus cum spuma præucidior, spuma ce-  
rebri, spuma cum circulo albo ligamen-  
torum.  
Perlucidus aque desillatæ color, & ple-  
runq; in medio, intestinorum.  
Plumbeus cum ingentibus ampullis cere-  
tilaginis.  
Idem color sine spuma cutis est.  
Laterinus, Siegelsarb/ in fundo spissus  
in summo clara, nec refert ullam urinâ  
interdum cœrulea, uiridis, aliquando  
autem nigra sanguinis.

Muco, Albus cum muco in fundo.

Sudore, Tenuis cum orbe lato & aquo.

Fugili, Seu flocci, gelbe dingelin/ in urina.

Lachrymis, cerebri color & bullulas habet.

Stercore, rubea cum spuma modica alba.

Vrina, alba pallida, weiß bleych/ quod sit, cum ad tempus sistitur, corrumpitur, decoloraturq;.

Cruoris color  
tres ordines  
habet: scilicet

Ab excre=  
mentis,  
sex

D iij

DE

LIBIRI SECVNDI

DE SVBSTANTIA VRINAE.  
CAPVT II.

		Spissa	Lucida	Diaphana
1. Spissa	1. Pulmonis Renum.	Sana	Mala	Mortis
	2. Cerebri, Splenis.	Media	Bona	Optima
	3. Fellis.	Mortis	Sanabilis	Bona
	4. Cartilaginis intestinorum	Bona	Angustia	Ad crissim
2. Lucida	5. Carnis pinguedinis et sanguinis.	Chronica	Fallax	Incurabilis
	6. Lachrimae, urinae, sudoris, sputi.	Mala	Bona	Salutis
3. Diaphana.	7. Fugilis stercoreis.	Critica	Morbi	Sanitatis

At hoc secundum membrorum divisiones, scilicet

IN TYPVM

## IN TYPVM SECVNDVM

Annotaciuncula.

**S**ubstantia urinæ est triplex, Spissa *urina spissa.*  
 Scum non poterit per urinam uide-  
 ri, sit cuiuscunq; coloris. Lucida *Lucida.*  
 & diaphana quidem ad manum, uer-  
 um non procul. Diaphana quæ tota *Diaphana.*  
 est perspicua. Substantia urinæ dicitur,  
 wie ein urin an ihm selbs ist.  
 Angustia, id est, in periculo stat natura *Angustia.*  
 ra, secundum quod medicus ibi operatur,  
 sic se infirmus habet. Ad crisin, *Ad crisin.*  
 id est, moritur eodem die, quo crizatur.  
 Chronica, id est, tendit ad morbum *Chronica.*  
 chronicum. Bona, nam curatur sine *Bona.*  
 omni medicina. Fallax, mag wol *Fallax.*  
 ybel gerhaten. Interualli, id est, non *Interualli.*  
 statim crizatur, nec secundum res-  
 gulam, iudicari pos-  
 test.



LIBRI SECUNDI  
DE CONTENTIS CAP. SEV

Typus III.

Ordo conten= torum habetur in tribus, in	Salibus	Aluminibus	} per bul= lam	} con= tenta III.
		Vitriolatis		
		Cōmunibus Plumosis.		
	Mercuria= libus.	Liquoribus	} per spu= mam	
		Succis		
		Aquis.		
	Sulphu= re.	Fixo	} per cir= culum	
		Albo		
		Rubeo Proprio.		

IN TERTIVM TYPVM

Annotationes.

Contentum  
quid?

**C**ontentum in urina omne id dis  
citur, quod supra urinam iacet, ut  
bulla, spuma, circulus, cætera o  
mnia pertinent ad substantiam, hy  
postasimēq.

Bulla.

Bulla in urina est indicium, quod  
morbus est ex salibus, tum morbum  
uentositates, Item principium colicæ  
iudica. Quod si mulieris fuerit, suffo  
cationem matricis portendit. Bulla si  
aliter

aliter fuerit colorata (aliâs, si alterius *Bulla aliter colorata.*

rei quam aquę colorem habet, ut puta &c.) si uiridis, morbum caducum, si ru-

bra, synocham febrem, aut causorem indicat. Cum duę aut tres bullę ad in-

uicem ascendunt cum paruis, uitiũ capitis denotat, & est morbus fixus in

capite, nec descendit ad alia membra. Bullę, & spumę differentia hæc est,

quod bullę duę, aut tres, id est, blâter/ *Bulle, et spuma differentia.*

lin/ sunt supra urinam, nec attingunt *Spuma.*

uitrum, tunc uera est bulla. Spuma autem ubique uitro adhæret, hęc et

sih an allenthalben. In spuma gra- *Spuma cum granulis.*

nula, si fuerint admodum parua, paraly- *Spuma cum granulis.*

sis signum, & quanto fuerint minores, tanto certius indicium est. Quod

si hæc granula bene descendunt sub *Spuma dim. matten.*

urinę circulum in urinam, paraly- *Spuma cũ alio tero circulo.*

resolutę ad casum signum, aut casus iam facti, ut tamen spuma ea sit alba. Si spuma non abit, sed diu remanet

super urinã, uitiũ pulmonis ex phlegmate in carne eiusdem sito. Spuma quę fuerit supra circulum, & adhuc

D v unum

## LIBRI SECUNDI

Cum bullis  
grandiori-  
bus.

Bulla cum  
spuma.  
Spuma flaua.  
Cava et alba.

Fundum pe-  
dens.

Circulus cum  
alcola.

Variè colo-  
ratus.

Sub urinam  
cadens.

Cum granu-  
lis.

unum circulum interius album dat  
signum apoplexiæ est. Quod si spuma  
bullas grandiores, *grosß Blatern/  
gen vollen Leibs* / quamuis nulla  
adsit infirmitas. Quod si bulla simul  
cum spuma fuerit, phthysis signum.  
Quod si colorata flauo colore, princi-  
pium est. Si spuma cava iacet, & uitro  
adiacet, nec tamen tangit circulum,  
circulus sub ea niger est, & spuma al-  
ba, signum mortis est. Si spuma ob gra-  
uitatem fundum petit, & ibi residet, aut  
tremorem cordis, aut incubum deno-  
tat. Circulus uenit ex sulphure. Si al-  
cola in circulo uidetur, morbum chro-  
nicum denotat. Quod si hoc contiges-  
sit in mulieribus, signum impræгна-  
tionis, aut malæ matricis. Quod si cir-  
culus est coloratus uarijs coloribus, ut  
Iris, signū morbi caduci pessimi. Si cir-  
culus ceciderit sub urinam, & fit pro-  
prius circulus, lepræ leoninæ præci-  
puè signum. Si circulus tantus coade-  
scuatur alio, iacentes parua granula  
in medio

in medio circuli signum apoplexiæ. Si *Viridis.*  
 circulus exterior uiridis fuerit, signum  
 icteritiæ mortalis. Hæc de accidente

circulo dicuntur. Itidem in suffocatio-  
 ne matricis etiam est mortalis. Si cele-

*Cælestini co-  
 loris.*

stini coloris, ut fit sæpiss. solū est mu-  
 lierum, tunc signum est putrefactio-  
 nis in matrice, quæ putrefactio tendit  
 ad lepram. Circulus dimidiatus, para-

*Dimidatus:*

lysim in uno latere significat. Si circulus,  
 & spuma, & bulla eiusdem coloris  
 fuerint, morbum incurabilem demon-

*Eiusdem cum  
 bulla & spu-  
 ma coloris.*

strat, & chronicum, die für vnnnd für  
 gehet. Item in urina sana & bona si  
 eadem tria ad inuicem cohærent & si-  
 mul apparent, significat quod patiens  
 in præcordijs & circa pectus nullius

ualoris est: urina etiam utcunque ex-  
 eunte colorata. Circulus spissus ma-  
 ximè, & etiam ipsa urina spissior, &  
 rubens aut laterini coloris, id est, Zie-  
 gelfarb/ morbum lætargicum deno-  
 tat iam præsentem, aut mox futurum.

*Spissus*

Sed si clarus, & urina spissior fuerit  
 circulo hydropisim significat. Si om-

*Clarus*

*nia cons*



LIBRI SECUNDI

Contenta in  
circulum re-  
soluta.

Spumeus.

Impregnatus.

Bulla in me-  
dio.

Vrina labo-  
rantium.

Morbo S.  
Viti.

Grauisimi  
morbi ex con-  
tinentis iudi-  
cantur.

nia contenta iacuerint supra urinam  
& statim abeunt, & resoluuntur in a-  
queum circulum & maioratur, signum  
hypofarchæ ueræ, cum tribus digitis  
à vitro (hindan) spumeus circulus  
fuerit, in mulieribus inprægnationem  
significat. Quod si is circulus fuerit  
impregnatus non boni partus, & de-  
fectus in matrice signum. In medio  
urinæ bulla cœlestini coloris facta, le-  
præ præsentis signum est, & aliquan-  
do quoq; alopecix. Qui laborant mor-  
bo Viti, habent urinam pulchram, sub-  
rubeam & superius habent duplicem  
circulum ein braunen/ & flauum sus-  
perius & inferius alium, & hoc quã-  
diu paroxisimus durat. In summa  
quicquid grauisimorum est morborum,  
ex contentis urinæ eruuntur.

Hec de urina cruoris & in ea ac-  
cidentibus contentis  
dicta sint.

Finis tractatus primi Libri  
secundi.

TRA

# Tractatus Secundus DE VRINA

PERMIXTA EIVSQUE CON=  
ditionibus. Item de pulsu, & Phy=  
sionomia medica.

DE PERMIXTAE CONDITIONI=  
bus proprijs & extraneis. Typus I.

Vrina per= mixta qua= tuor condi= tiones babet	A sua con= ditio ne	In colo= ribus sex.	Rubea. Alba. Viridis. Citrina. Nigra. Viola.	quarum que= libet species babet tres.	Diapha= nam. Lucida= Spissa.
	In sub= stantijs tenebrae	Lucida. Spissa. Diaphana.			
Ab ex= tra= nea con= ditio ne 2.	In acci= dentijs ea qua dicta sunt de tartaro cu 3. si= gnis ex= terioribus.	Pulsu quo fiunt quatuor pro= prietates.	Membrorum exte= riorum. Laterum. Colli. Temporum.	Oculis. Naribus. Externis. Ore. Colori= bus.	cum suis signis.

LIBRI SECVNDI

<p>Vrina per= mixta qua= tuor cō ditio= nes ha bet.</p>	<p>Ab extra= nea con= ditione 2.</p>	<p>In portioni= bus qua= rum qua= tuor spe= cies.</p>	<p>Ore &amp; hęc quoq; à 3.</p> <p>Aëre Lo= quela Anhe= litu</p> <p>Spuma indicium superioris par= tis pletorice. Eulla superioris partis ex inani= tione. Circulus indicii centri, id est um bilici &amp; circa lumbos, vmb die hufft. Vrina, matricis &amp; schie.</p>	<p>sua si gna hęc bent.</p>	<p>&amp; hęc indicāt quic= quid suā pradiā phrag= ma est.</p>
---	--	---	--	-------------------------------------	---

IN EVNDEM TYPVM

Annotata.

**V**Rina permixta est, quæ ex utraque, ut est ante quoq; dictū, exteriorē, scilicet, & cruoris permiscetur: habetq; in parte superiore, circulum duplicem coloris diuersi. Huic conditiones quatuor tribuit, colores, sub

Permixta  
urine con  
ditiones.

substantiam, acciētia, portiones, siue partes.

In substantiis indicant hęc quiddam, an ægroti mictura sit nec ne, ut de tartaro, de alcolita, scatea aut tremula, id est, sedimen à seipso fundum facit. Rubea

urina diaphana, id est, rot durchsichtig. Lucida halb rot/ tamen potest esse diaphana. Spissa auff's aller rötist: & sic de alijs quoq; coloribus iudicandum, uiridis urina diaphana, id est, so sie gut grün ist: Signum doloris splenis. Quod si tenebræ sunt aut nebulæ, superat mortem. Itidem urina uiridis signum febris quartanæ. Sed ad rubeam iterum. Rubeæ urinæ species indicat magnam caliditatem, ex in quoque morbum calidum, postea notandum, substantia qualis sit, & portiones (proportiones quidam legunt.) Si tenebrosa fit urina, signum salutis est. Si habet spumam, signum est, quod morbus cum maxīma sit repletione, das völle da ist. Alba cōtraria, signat morbum frigidum. Si est diaphana, id est,

Sedimen.

Rubea diaphana.

Lucida.

Spissa.

Viridis diaphana.

Nebulæ.

Tenebrosa.

Spumosa.

Alba.

Alba diaphana.

est, na.



## LIBRI SECVNDI

*Lucida.  
Spissa.  
Observatio.*

est, lauter weiß/ signum urinæ bonæ salutisq̃, si lucida sanior, omnium uero saluberrima spissa. Notandum hoc quoque, certum esse signum mortis, cum urina neq̃ ad albedinem, neque ad rubedinem tota declinat. Quod si spumam aut nebulam supra urinam dat, idem signum. Indicantur autem ex hac urina potissimum hydrops & Hypofarcha.

*Citrina cum nebula spissa.  
Cum bulla et spuma.  
Sedimen.  
Nigra cum nebula.*

Citrina si habet nebulam spissam mortis signū, si spumam bullam uē, iterum ad mortem, uenit ex superioribus partibus. Si sedimen habet, moritur ex renibus, Nigra si nebulam habet, est ad mortem, si non habet, signum apostematis, quod expellit, & abit.

*Viola diaphana.*

Viola, id est, blaußfarb/ & diaphana est ad mortem, si hominis infirmi fuerit, uerum si sani, tendit ad lepram. Quod si nebulam habet supra spissam, id est, trüb/ signum salutis.

*Viola cum nebula.  
Sedimen album.  
Rubeum.*

Sedimen si est album, tunc fluxus ex menstruis superfluus adest, si rubeum, restrictio eiusdem, aut constri-ctio adest. Quod si sedimē ad fundum prorsus

prorsus tendit, nec rubeum est, nec al- *Ad fundum*  
 bum, quod discerni possit, morbi schia *tendens.*  
 tici signū est: Item cum à se ipso urina  
 fundum, id est, sedimen facit. Hæc de  
 urinis dicta sufficiāt. Accidentia enim  
 in sequentibus explicantur.

NUNC DE PULSIBVS ET PHY=  
*sionomia medica quædam annota=  
 tiones sequuntur.*

## DE PULSIBVS.

**C**ontigit sæpenumero, ut urina sit  
 sanitatis, tamen interim ægrotus *Cum urina*  
 malè habet, sunt igitur cætera si *cætera signa*  
 gna salutis, atq; mortis attendenda, ut *coniungen=  
 da.*  
 pulsus & Physionomia. Primum igitur *De pulsibus.*  
 de pulsibus. Cum igitur urina ita  
 fallit, opus est ut infirmum quoq; uis  
 deas, ac pulsum in quatuor locis tes  
 neas, utrum concordet, nam non suf  
 ficit pulsum brachiorum, aut membro  
 rum exteriorum tangere. Tangatur i- *Pulsus qui*  
 gitor primò membrorum exteriorum *tangendi.*  
 pulsus, ut manuū, et pedum, demū col  
 li, dein laterū, demū sub axillis, postea  
 E tempore


LIBRI SECVNDI

temporum. Quod si pulsus simul benè concordant inter se, res benè habet. Sin uerò nō, animaduertenda sunt sequentia indicia primę figurę seu typi.

DE PVL SIBVS.

ID EST, ANIMAE motu.

CAPVT II.



ANNO.

ANNOTATIONES IN  
hunc typum.

**T**Artari ) in hoc pulsu non est de-  
 sperandum in isto morbo, ex tar-  
 taro. Minere pulsus est subtilis ut  
 vix tangi possit, habet mollem percus-  
 sionem, signum pulsus mineralis est,  
 cum super funditur aqua frigida, &  
 pulsus aliquantum desistit, estq; is pul-  
 sus optimus morbi, cum pulsus cali-  
 dior est cute, uerum ac certum signum  
 morbi praesentis, etiamsi secus medi-  
 cus tangat, aut cum pulsus caliditatem  
 quandam dat ad digitos tangentis sub  
 tactu. Proba acutissima, utrum mor-  
 bus in sanguine quoq; ita sit calidus,  
 Madefiat pecia sericea in aqua praeci-  
 pue rosata, ponatur super pulsum,  
 quod si morbus ita est calidus, uides  
 peciam multo citius siccatam sub pul-  
 sum, qua in alijs locis, quamuis etiam  
 pecia primum bene exprimatur, tunc  
 relinquet lineam siccam sub pulsu citi-  
 tructnen streimert. Item cum duo-  
 rum digitorum substantiam post iun-  
 cturam

*Pulsus tar-  
 ri.  
 Mineræ.*

*Signū mor-  
 praesentis u.  
 rum.*

*An morbus  
 in sanguine  
 calidus.*



## LIBRI SECVNDI

*Sanitatis.**Venæ pulsa=  
tiles.**Globulosus.  
Mollis.**Durus.*

cturam pulsuum supprimis, deinde etiam sic inferiori brachio (aliàs inferiori in brachio) et pulsus cedit, signum morbi. Sanitas quæ non secundum tactum solum, uerùm secundum colorem quoq; iudicanda. Si uenæ pulsatiles sint bene coloratæ, id est, *gütblaute* / signum boni, & sani pulsus. Quàm primum autem discolorantur, malum signum. Item cum digitos quatuor superposueris, & subprimis eum fortiter, & tamen tangit, sanus est, nec calidior sit, quàm cutis est. Iterum ad pulsus tartari. Globulosus, id est, *knospechtig* / cum in morbo acuto fit mollis, signum resolutionis, tunc faciendâ est minutio, cumq; iterum fit grossus, tunc tendit rursus ad sanitatem. Durus cum tangitur secundum longitudinem, & fit omnino durus in uno loco, in altero mollis: signum morbi chronici. Item cum arteriæ in pulsu grossæ sunt, *gehend grob* / datq; pulsus durus tactum, quemadmodum globulosus. *Knospechtige griff* / signum tartari pulsus,

pulsus, sanicq; hominis, tamen sanguis tartari, qui minuitur, fit post minutio-  
nem *griselecht*. Grossus, id est, so er *Grossus.*  
grob dölpecht schleicht. Minerę con *Minera.*  
strictus cū cubitus ponitur in aquam  
frigidam, & postea tamē nihilominus  
tangit, signum sanitatis. Item si desis-  
nit manente tamen colore. Verūm si  
utrunq; perdiderit, id est, & pulsum, &  
colorem, signum mortis. Item si liga-  
tur post cubitum fortiter, & tangitur  
in duobus locis, & eundem pulsum  
dat, sanitatis. Notandumq; omnes pul *Pulsus opus*  
sus opus habere concordia mutua, id *habent mu-*  
est, ut simul tangant, an sit ad mortem. *tua concor-*  
Item cum tremulus, aut saltans. Item *dia.*  
cum uides pulsum tangere, & arteriæ *Pulsus tremu-*  
saltant, in sano bonum signum, in æ- *lus & sal-*  
groto fallax. Notandum hoc quo- *tans.*  
que, cum pulsus ad mortem tendit, for- *Pulsus ad*  
tis est in temporibus, in collo debilior, *mortem si-*  
laterum plus debilis, ita in manibus *gna.*  
quoq; magis debilis, in pedibus dein-  
de lasior, & tunc præstō est mors. Nā  
ex inferioribus homo moritur.

LIBRI SECUNDI  
 ORDO DEBILITATIONIS  
*pulsus cum tendit ad mortem.*

Temporum.	Fortissimus.
Colli.	Fortior.
Laterum.	Fortis, tamen debilis.
Manuum	Debilior.
Pedum.	Debilissimus, & mors.

*Pulsus gutta.* In omnibus que ex gutta generantur apoplexiarum, quanto fortior fuerit pulsus & tetigerit, tanto deterior, & in his colli notandus pulsus, qui si globulosus sit, & tanguntur globuli, moriuntur. Quamdiu autem æqualis est, (*glatt hingehet*) bonum signum est. Item cum in collo tangit, & in manibus mors. In phrenesi, Epilepsia, mania, pulsus qui in somno, paroxismo finito nihilominus tangit, bonum signum, & salutis. Si uerò separatur, malum. Item cum tangitur in phrenesi in collo & obdormiunt ægroti, morsus est curabilis. In morbis dissolutis, id est, in dysenteria diarrhea, fluxu uentris &c. si pulsus manet in eodem tactu, nec mutatur, & unicum signum mortis

*Globulosus colli.*

*Pulsus in phrenesi & simulibus.*

*Pulsus in dissolutis.*

mortis accesserit, iam actum est. Nam *Pulsus etiam*  
 pulsus manet usque ad mortem, & ali- *post mortem*  
 quando quadrantem horæ post mor- *manet.*  
 tem. nam mortem nondum esse, san-  
 guinis pulsus indicat. Itidem in peste. *Pulsus late-*  
 Laterum pulsus, & mulierum, si ele- *rum.*  
 mentatus fuerit, id est, calidus aut fri- *Mulierum.*  
 gidus, signum gravidæ. In doloribus  
 matricis, itidem in lateribus tangitur,  
 nullibi aliter. Pulsus elementatus ca- *Elementatus*  
 liditatis dat fortem percussione & *calidus.*  
 uelocem. Est pulsus elementatus ignis  
 abundantia. Frigiditatis est tardus si- *Frigidus.*  
 ne caloris sensu. Notandum hoc quo- *Pulsus ca-*  
 que in caduco morbo, uehementissi- *duci.*  
 mum & fortissimum pulsum esse.

Hæc de pulsibus dicta  
sufficiant.

E iij DE



LIBRI SECVNDI  
DE PHYSIONOMIA

MEDICA, CAPVT, SEV

Typus ultimus.

Physiono mia me= dica ex membris consistit; ex	Oculis cū	Præputio. Vmbilico. Poris.	In profunditatem descendit, cum coloribus præcipuè Orizeo, & Lazurio.
	Naribus cum	Tenas= mone. Auribus. Vulua. Ore. Labijs.	In cerusium colorem abit, & asperitatem.
	Dentibus cum	Vngu= bus. Capillis. Plantis pedum.	In reuerberatione abit cum coloratis radicibus.
	Fonte cū	Cute. Pectore. Thorace.	In pallidum & ogyum me= dia cum debilitatione mem= brorum.
	Bucellis cum	Ventre. Musculis. Lacertis. Momis. Mamillis. Genibus. Rasteta. Iuncturis.	In acatias descendit cum co= loribus coniunctis siue commixtis.

IN VLTI

**O**culorum ) cum cadunt in profunditatem, id est, einfallen/  
 signum mortis, nam morte ueniente ex cerebro, resoluuntur in Crystallinum liquorem, & est mors. Notandum quod hi colores citius ueniunt, quam casus in profundum. Est autem *Oculi.*  
 Lazurius is color, quem argentum *Color Lasurarius.*  
 dat, cum resoluitur in primum, & proprium colorem, id est, blaußfarb/  
 ut Lasurium. Orizeus color est, *Orizeus.*  
 braun. Pori cum cutis exasperatur, & *Pori.*  
 cadit in profundum, id est, saltum scilicet mortis. Tenasmone, cum anus cum ui exire uult, asperitate fit aspera, & acuta, *Tenasmone.*  
 spitzig. Cerulinus color albus, ut cerusa, lignum mortis. In reuerberatione, *Cerulinus color.*  
 so sie rauch werdend/  
 ut si essent rasa aut cum lima limata, *Reuerberatio.*  
 quod saepius contingit, etiam tribus hebdomadibus ante mortem, signum mortis. Cum decoloratis radicibus, ut *Radices de*  
 E v unguum, *colorata.*

## LIBRI SECUNDI

*Frons.*  
*Capilli.*

unguium, capillorū, plantarum, dens  
tium, quæ si decolorantur, quocunq;  
sint colore, signū mortis. Item, si frons  
colorem alium recipit. Capilli cum re-  
uoluuntur, id est, *strobecht* / signum  
mortis. Ogrum color corporis, id est,  
*leibfarb*. In acatias, id est, *rümpf-*  
*fung*. Contractio, id est, *spannung*.  
Coloribus quo cum hæc membra sola  
sunt colorata, alia uicina non descen-  
dunt, ut plurimum *ein bleychröte /*  
*als braunrot / oder rotfarb*. *Momis,*  
*arsßack* / summa omnium. In oculis

*Momi.*  
*Repetitio.*  
*Oculi.*

attendendum an cadant in profundis-  
tatem nec ne, quod si fit, iam despera-  
tum est, præcipue si pulsus quoque sit  
aduersus. Demum cum nasus acuitur  
& in acie fit albus, signum mortis. Os  
si aperitur, si hiat, id est, *günet von*  
*einander*. Dentes rarefcunt, & longi  
fiunt, caro gingiuarum nigrescit, cus-  
tis fit cinerij coloris aut *aschengelb*.  
Præcipua autem desperatio cum ten-  
dit ad rubedinem, præsertim in facie  
& ma

*Nasus.*  
*Os.*

*Dentes.*  
*Gingiuæ.*  
*Cutis.*

& maxillis. Aëre, id est, anhelitus si *Anhelitus.*  
 foetet, aut omnia cum colore signum  
 mortis. Loquela cum balbutire incipit *Loquela.*  
 fit, stamlet, radosum autem est cum  
 non potest integra uerba effari, vber  
 würffts. Fumus anhelitus cum spir  
 ritum è profundo trahunt, so sie den *Fumus anhe-*  
 athem tieff heraus ziehen. *litus.*

M



Trac  
pbra



PRAEFATIO.

angustiam temporis, tum quod ornatum res Philosophicae non requirunt. Accessit difficultas, quae mihi multum negotij fecit, propter obscuritatem, quae partim à descriptoribus in hunc librum introducta est, qui sensum corruperunt, partim quod quaedam etiam omissa essent. Itaque neque ego quae imperfecta erant, sed quae pertinere ad rem uidebantur, transtuli, Pauca quaedam uerba, sine detrimento tuo omisi. Non enim ad uerbum exprimere, sed gustum saltem aliquem tibi exhibere studui eas in artium, quae à ueteribus quidem excoltae, succ-

uia obliuione  
 a rerum  
 es lumi-  
 adidit.  
 -fectus  
 er illa,  
 rem me  
 nostra  
 ut quid  
 lo, cum  
 Simul  
 phrasti  
 arunt, ut  
 ec grata  
 que uir  
 lios fa-  
 cere

ere instituit, quorum omnium, ut propositum laudo, ita maiorem à Typographis diligentiam requiro, ne propter ipsorū negligentiam summa auctoris diligentia male audiat. Vtinā aliquando deus optimus maximus benigne uobis largiatur, quæ eius beneficio post mortem Theophrasti hinc inde plurima reliquit. Quod si fiet, in spem uenio, æquiores fore nostri seculi medicos Theophrasto nostro, qui eum nunc sine causa re incognita præter omnis humanitatis officium crudelibus conuicijs lacerant. Te uerò, amice Lector, oro, ne prius iudices, quàm rem intelligas, ut autem intelligas, non unum, sed plures, neq; semel tantū, sed sæpius Theophrasti libros legas. In quibus naturam rerum ita depictam uidebis, ut miraturus sis, hominem germanum, sermone germanico, tantū thesaurum suis germanis potuisse proponere, cū artium omnium, tum sapientiæ reconditissimæ, quæ dona an à malis spiritibus quàm Deo potius ipso profecta sint, pro tuo candore, bonitate, prudentia, facile iudicabis.

Vale, & meliora, si deus opt. max. uelit,  
à me spera.

THEO

PHYSIONOMIA

# Theophrasti

PARACELSI DE

PHYSIONOMIA MORBORVM,

Hoc est communi interpretatione morborum, in  
uentione causarum, curæ, ac qualitatis  
rerum. Liber unus.

*Omnia for-  
mam habent.*



OMNIA, QUAE CRE-  
scunt, resque omnes  
formam aliquam ha-  
bere necesse est, nihil-  
que est, quod absque  
forma consistat, sed in  
suam transformatur harmoniam. Ex-  
empli gratia: Faber mechanicus ui-  
rum fecit, ita, uti esse debet, perfectum  
opus non est, ac ut sit integrum perfici  
desiderat, quod tum fit, cum & foemi-  
na ei similis fabricatur, qua facta, op-  
us absolutum est. Sic & hominem  
uobis proponite, qui quidem factus  
est, sed non integer, cum de ualitudine  
ei aliquid decedit, ueluti formæ uirili,  
cuius

*Homo ægro-  
tus integer  
non est.*

cuius defectus muliere compensatur. Sic & homo, siue uir sit, siue foemina, integer non est, sed in elementis perfectio eius est, in quibus ea continetur harmonia, quando totus, quod ad ualitudinē attinet, perficitur. Hoc enim sciendum est, hominem integrum nō esse, quo ad sanitatem, sed cuius aliquid deest, qui defectus perinde est, ac cum mulier fruitur sanitate, calore, herbis, lapidibus, radicibus. In hoc meum est propositum, ut mulier illa in elementis quatuor inueniatur, ut in libro tertio commemorabitur, in quo libro inuenitur. Sciendum enim est, uirum absq; foemina non esse integrū, sed foeminae iunctum, esse integrum, hi ambo sunt ex terra, & ambo unum aliquod integrū fiunt, hoc est, ex una terra, & ambo hominem integrum faciunt, hoc est, hominem unum. Præterea ista etiam uobis propono, me de persona loqui, hoc est, de muliere, cuius forma, formæ adiungenda est, & quidquid alterius defectum compensare

*Perfectio hominis in elementis consistit, quo ad ualitudinem.*

*Cuius homini aliquid in ualitudine deest.*

*Theophrasti propositum.*

*Vir cum foemina hominē integrum faciunt atq; unum.*



PHYSIONOMIA

*Formam necessarium esse.*

*Forma & proprietatum unum.*

*Anatomia.*

*Morborum & medicinae origo quae & hominis.*

*Formae ac proprietatis harmonia.*

sare debet. Formam autem esse oportet, & absque forma nihil est, quam uir, & mulier, non solum res una, sed etiam imago, sic enim defectus postulat, cum uiri, tum mulieris, quae etiam absque uiro non est integra. Similiter non minus forma quam proprietas, neque haec minus quam illa adesse, & ambo unum esse debent. Proinde dico, nisi formam inuenerimus proprietatis fundamentum nos non inuenturos. Quare hoc urgeo qui de proprietate locutus est, de eius etiam foemina, hoc est, anatomia loquatur, uir enim & mulier anatomia sunt. Anatomia, id est, quod in forma atque proprietate unum est. Morbi non secus fiunt atque homo, Quocirca quiuis morbus homo est, hoc est, in proprietate atque forma hominis, sic & medicina. Inde sequitur morbum desiderare foeminam suam, hoc est, medicinam. Atque hic formae ac proprietatis harmonia, hoc est, utriusque in anatomiam unam, ut maris & foeminae, coniunctio quaerenda est, quae

quæ cum inuenitur, medicus integer ac perfectus est. Quamobrem, ut hoc vobis indicem, necessarium est, artes commemorare sequentes, ex quibus discendum, qua ratione consecutio cognoscenda & inuenienda sit, sine illis enim artibus inueniri anatomia minime potest. Quid est, quod hominem solum, hominisq; membra aspicitis? quid in illo intuemini? quod uos ad curationem doctiores efficiat? nihil. Ossa enim solummodo, & substantiam anatomia illa respicit. At morborum anatomia uobis proponenda est, membris nihil deest, quibus neq; addere, neq; adimere potestis. Quidam experientia quotidiana multa scribunt, ordinantq;, sed ea experientia certa non est, sine experientia matre. Tam late patet, quam potest, perfugium est, quod non latius extenditur, quam quò fortuna illud impellit. Num experientia erit? quam suo tempore cœlum destruit? quam terra suo tempore corrumpit? imò quæuis cogitatio, uel

F            abusus

*Medicus perfectus.*

*Artes inuentrices harmonie.*

*Anatomia localis.*

*Anatomia morborum uera.*

*Experientia incerta.*

PHYSIONOMIA

*Experientia  
mater.*

*Medicinam  
experientiam  
esse.*

*Fundamen-  
tum inuesti-  
gandum.*

abusus labefacit: hoc est, qui in ea uer-  
santur experientia, quæ sua caret ma-  
tre, ij facile superantur, ut nihil illis suc-  
cedat. Experientiæ enim mater est, quæ  
ei monstrat uiam, usum, ordinem, mo-  
dum, & artem, sine quibus medicus  
nihil est. Sed iure medicus dicet, ne u-  
num quidem esse medicum, cum me-  
dicina nihil sit, nisi experientia, hoc  
est, non est ars, nisi quantum cuique  
cotidiana experientia largitur: hoc es-  
t ius ars est, sic medicina ars est, atq; hoc  
in illos maxime quadrat, qui experi-  
entiæ matrem ignorant. Hanc ob cau-  
sam dico, in his omnibus fundamen-  
tum uobis inuestigandū, discendamq;  
originem, unde unumquodq; à patre  
suo proficiscatur. Sic dubitatione o-  
mni remota sciemus, quæ scienda nos  
bis erunt. Vt enim pater nouit equum  
apud fabrum ferramentis munire, ut  
faber ferrum nouit in minera sua, &  
is qui fodit mineram in montibus ex-  
ploratam habet, ita quisq; suæ experi-  
entiæ certus esto. Sic & nos schola-  
rum

rum discipuli non manebimus, hoc est, ut herbas solum generatas inspiciamus, sed ea potius consideremus, quæ illarum originem, atq; semen antecedunt, cum nondum natæ sunt, ut inde discamus. Propositum igitur nostrum aliud nihil est, quàm ut anatomiam percipiamus, hoc est, consecutionem, ut coniungantur quæ coniungenda esse uidentur, quæ artis coniunctio dicitur, hanc ob causam, quod quæ natura ipsa coniungit, ea naturalia sunt, quæ uerò homo congerit, artis coniunctione fiunt. De arte loquar, quæ ut in lucem producat, physiognomię partitione fiet, quæ nos artis inuentionem docet. Nostrorū enim sensuum subtilitati nihil confidamus, sed quæ ex natura possumus probare, ea faciamus. Etenim non plus in medicina præstabimus, quàm si gramen facere ratione nostra conaremur, & quemadmodum, quæ nobis inest ratio, naturam sequi debet, in colendis stirpibus, sic in medicina quoq; nobis

*Medici seborum discipuli ne manent.*

*Anatomia uera medico discenda.*

*Coniunctio nature artis.*

*Physiognomia artem docet.*

*Ratio naturam sequatur oportet.*

F ij faciens



PHYSIONOMIA

*Ex Physi* & *Chyroman-* faciendum est. Quamobrem physio-  
*tia, Anato-* nomia ars est una quæ nos docet, alte-  
*mia uera ori-* ra Chyromantia, quæ item nos erus-  
*tur.* dit, sic & illarū Anatomia una est, quæ  
*Progressus* autem harum rerum progressus sit,  
*rerum.* inprimis animaduertendum est. Cum  
enim dicere uolumus, aliquid ad hoc,  
uel illud prodesse, non scriptura, sed  
*Arte proban-* arte nostra id probabimus, quæ scri-  
*dam anato-* pturam infringit, quemadmodum ne-  
*miam esse.* que in scriptura sacra ipsa litera, sed  
*Scientia non* spiritus & fides ualent. Idem in arte  
*litera efficax* accidit, quam ut obtineamus, per eam  
*est.* quæ nostra probemus, literam omittes-  
mus, neque secus probabimus, quam  
faber artificium suum. Sic enim &  
nos faciemus, hoc est, artificium tenes-  
bimus, sciemusq; tum anatomiam, tum  
consecutionis, quarum specimen sunt  
Physionomia, & Chiromancia, quis  
bus anatomiam probabimus, quæ me-  
dicinæ artem demonstrat, ut nos me-  
dicos esse, possimus dicere, atq; ut hoc  
uerum appareat, manu tangere, non  
in libro

in libro legere oportet. Nihil enim fabri ex libris perficiunt, sed ex scientia. Iam & Medicina scientia est, quare eò etiam dirigenda est, quò artifex mechanicus, ut mechanica intelligat, neq; ingenio obsequatur obtuso, à quo uix uigesimalium opus, & id quidem imperfectum, efficitur. Hanc ob causam medico sciendum est, quid Physionomia sit, & quid Chiromantia, & quæ medico discendi uia sit proposita, sine qua medicus nullius prætiij est.

## PHYSIONOMIA.

**P** Rincipio antequàm de Physionomia dicam, scire necesse est, quemlibet morbum integrum esse hominem, qui corpus habet inuisibile, estq; corpus microcosmi, atq; ipse microcosmus est. Quocirca propositi mei exemplum capite, ut formam microcosmi morborum possitis agnoscere. Icterus uobis proponite, qui in

Morbus inuisibile corpus est & homo integer.

Exemplum ab ictero.

PHYSIONOMIA

centro corporis oritur, hoc est in felle, qui morbus damnū nullum intert, nisi ex eo homo integer in finem suum creuerit, inde totum icteri corpus sequitur, qui per totum microcosmum spargitur, hoc est, in manibus, pedibus, oculis, auribus, & omnibus ijs, quæ in corpore continentur. Et cum eo repletum corpus est, absolutum est, omniaq; sua membra habet, quæ hominem habere necesse est. Quare in ijs locis delitescit, ut membra in proportionem quadam coniungantur: unde sequitur, manus manibus, pedes pedibus, oculis oculos, uentriculi uentriculum, intestina intestinis morbos inducere. Hinc mala illa artium icteri curandi experientia nascitur, quod aliū ad uentriculi, aliū ad oculorum icterum artem aliquam tenet, & similia, quæ non medicinæ artes sunt, sed experientiæ, quæ sine iudicio usurpantur. Sic microcosmus in eiusmodi morbo geminus est, geminumq; corpus habet, cum sit homo unus, quæ duo

*Membrorum corporis atq; morbi proportio.*

*Experientia mala.*

*Microcosmus geminus.*

duo sic inter se conglutinata sunt, ac si quis aquam in cinerem infundat. Nō enim intumescit cinis, nec plus occupatur loci, quam uel aqua, uel cinis opus habet, utrumque in coniunctione unum facit spacium, non duo. Sic duo in proportione una homines sunt, sic & morbi formam iudicabitis. Præterea hominis quoque Physionomiam animaduertite, hoc est morbi, quam Physionomiam hoc in loco hominem appellamus, quod non solum icterus, sed quiuis morbus ad eum modum manus, ac pedes efficiunt, ac deinde cum medicina comparatur. Sic ab utraque parte Physionomia est, quam obseruabitis, non corporis humani, tametsi eadem ferē institutio ac progressus est. Idem de medicina sciendū, eam formarum esse foeminam, quem admodum ante dictum, sic in omnibus etiam stirpibus, quæ ex natura producuntur, hoc est, inde discendum est, quæ sit coniunx interior, siue foemina medicinae, quæ in ea est, quæque

Homo duplex in una proportione. Physionomia morbi homo est.

Medicina formæ foemina.



PHYSIONOMIA

*Homo inter-  
nus à morbo  
factus perit.*

*Homo medi-  
cinæ.*

*Membris  
aliud alio  
magis lædi.*

ex sua ui atq; forma æqualem Physio-  
nomiam ostendit. Audiuiſtis enim  
morbos hominem internum facere,  
qui intereat, non externus, qui ab illo  
regitur. Non enim in externo, qui nõ  
putreſcit, mors eſt, ſed in interno, ſic de  
fœmina medicinæ illius hominis ſci-  
endum. Sicut enim homo morbi in  
homine deliteſcit, ſic eiufmodi quoq;  
homo eſt in medicina, qui manus, pes  
des, caput, oculos, uentrem & omnia  
alia habet membra, & internus homo  
eſt, ſic eius quoque fœmina eſt. Circa  
hæc obſeruandum, hominem morbi  
membrum unum magis lædere, quàm  
aliud, & in quo æger læsus eſt, ibi ho-  
mo ille agnoſcitur, magisq; quàm in  
alijs apparet membris, qui ueluti ho-  
mo eſt, mortemq; membris omnibus  
æqualem inducit. Sic eiufmodi Phy-  
ſionomia medicinæ quoq; percipien-  
da eſt, quam ſi non cognoueritis, ſimi-  
les eſtis fatuo, qui fœminam aſpiciens,  
cur ſit fœmina, planè ignorat, partem-  
quæ panis pro fœmina accipit. Et cum  
interioris

interioris hominis Physionomiam *is* Morbi sine  
 gnoratis, fieri non potest, ut exterioris *Physionomia*  
 affectus cognoscatis. Quare medici *interiore non*  
 esse minime potestis, cum artem igno- *cognoscuntur.*  
 retis. Quamobrem doctrina uestra sci-  
 entia non est, sed experimenta parti-  
 cularia, cuius etiam agricolæ nota  
 propter quæ doctoratus tituli & uni-  
 uersitatum studia uobis appetenda nõ  
 sunt. Eiusmodi enim artem ( si modo  
 ars est appallanda ) à uetulis, mona-  
 chis atque monialibus comparabitis.  
 Sed hoc certum est, si uobis ista dico, *Inuectiua in*  
 uel magum me, uel insanum appella- *Medicos*  
 tis. Si mendacia uestra, uestramq; *is* *sui temporis,*  
 ignorantiam alia ratione non potestis *qui cum ua-*  
 defendere, nisi me uel magum, uel in- *rijs modis ad*  
 sanum appelletis, deceptores ac nebu- *hanc uehe-*  
 lones manebitis, ut fuistis hactenus, *mentiam exa-*  
 quæq; hactenus didicistis, ea retinere *citarunt.*  
 cogitatis. Hoc est optimum, quod o-  
 mnes homines sciunt, uos nihil scire,  
 nisi quid casu eueniat, fortunam uos  
 inuocare, ac quæstionibus uerbisq;  
 delibutis, ridiculis, dulcibus, ueluti hy-

PHYSIONOMIA

Homo morbi  
atq; medici-  
nae uisibilis.

Impressio  
utriusq;  
mundi.

Sine Astro-  
nomia medi-  
cus esse non  
potest.

Physionomia  
externa.

poeritas artis loco, uti. Si igitur hunc  
intellectum habetis, ut eiusmodi cog-  
nitionem hominis gemini, morbos  
rum scilicet, atq; medicinae, qui intus  
latet, ut est ante dictum, admittatis: scis  
re debetis, tamen si homo ille inuolutus  
est, uisibilis tamen est, ueluti umbra,  
siue Iris, similesq; impressiones. Eius-  
modi enim Irides similesq; impressio-  
nes, quæ in æthere contingunt, nihil  
aliud sunt, quam ut corpus homi-  
nis interni figurent. Sic & in homi-  
ne impressio ista est, ueluti illæ in cælo,  
quam in se medicina perpetuò conti-  
net, homo non ante, quam ægrotus  
est. Quemadmodum cœlestes aspicias,  
sic & eas quæ homini accidunt, quare  
necessarium est, si medicus esse uelis,  
ut sis ante Astronomus, sine qua sci-  
entia medicus nunquã eris. Iam duas  
considerabis personas, quæ, tanquam  
impressio, semper tibi sint ob oculos,  
atq; ita inspicias, ac si hominem exte-  
rius aspicias, ac Physionomiæ præcep-  
ta obseruans, eum furtis, rapinis, &  
mendacijs



mendacijs deditum esse deprehendes. Si hæc exterius agnoscis, interioris etiam hominis complexionem respice, an Mars, aut Saturnus harum rerum causa sit. Homo externus, quem aspicias, non ægrotat, sed interior morbo afficitur, qui superatur, cum superato nihil tibi negocij erit, sed de eo loquere, qui illum superat. Hanc agricolæ quoque artem nouerunt, æno barbos minus esse benignos, quàm eos, qui nigras alunt, & hos magis, quàm illos, esse calidos, atq; iracundos. Sed quid hæc ars doctori prodest? Item cælios oculos saniores esse nigris. Item frontes glabras meliores esse, quàm asperas, nasos acutos iracundiores esse, quàm obtusos, sed qualis iste doctor erit? Internum hominem inspice, non externum, in quo equidem, quocunq; modo sit constructus, nihil obseruabis, quod utile tibi sit, quàm quod sit informis, aut ægrotus. Quis uerò hoc fecit? quæ horum in ipso causa est? Quia igitur natura hominẽ internum ducit

Homo inter-  
 nus solum  
 ægrotat.

Barba.

Oculi.  
 Frontes.

Nasi.

Homo inter-  
 nus à natura

ducit



PHYSIONOMIA

ducit atq; efficit, atq; ille ipse est, de quo dico, scire debetis, quæ in illo affecta membra sint, considerandum esse. ea enim in microcosmi etiam corpore dolent, qui uero de loco affecto queritur, nō id, quod dolorem efficit, queritur, sed id solummodo, quod dolet. In interno autem homine nihil dolet, cui nihil dolet, is curandus est, si illius curationem adhibetis, quod cruciamentū patitur, quid aliud agis? quàm quod narcoticis uteris, quæ tuæ in carne sunt medelæ. Egregia uerò medicina, egregia doctrina: carnem exedis, ita medicus es, ut rem intelligis, mox choleram purgas, ubi nulla ad est, euacuas Melancoliam, neq; ullam in uita tua uidisti, & similia, quæ omnia inditia sunt, te ignorare morbū, quare in externis uersaris medicinis, internarum non recordaris, quæ medicum faciunt. Hinc iam principio facto, sequitur, fundamentum ex Physionomia sumendum, ut oculos, Nasos, aures interni hominis inspicias, & Physios

Homo inter-  
nus curan-  
dus.

Fundamen-  
tum medici-  
næ Physio-  
nomia.

Physionomiæ suam foeminam adiungas, cuius Physionomia tibi non minus cognoscenda est. Quis enim herbarum vires primus indicauit? is profectò solus, qui nouit, exterius enim nemo uidet, neq; odorari possunt, sed per Physionomiæ artem inuenta ista sunt. Hæc uerò ars, quæ Physionomiam inuenit, eamq; inuestigare docuit, obliuione obruta est, fragmenta uerò collecta sunt. Ex his fragmentis scitis pyrolam potionibus uulnerarijs conuenire, quis autem præterea eius usus sit, ignoratis. Eadem ratione consolidam quidem sanare, quid uerò sanet, ignoratis, hoc est, aliquid scitis, & tamen hoc scire nihil est, neq; uerum fundamentum nostis, ac si foeminam quidem cernitis, animum uerò eius exploratum non habetis, cui ex animo faueat. Atque hoc fundamentum est, nam si quid dabit alteri, quàm ei, cui fauet, iurgia atque rixæ fiunt. Idem in medicina accidit, si eodem modo illam exerces. Cum igitur in morborum, ac curationis

*Physionomie  
inuestigatio  
obliterata.*

*Pyrola.*

*Consolida.*

PHYSIONOMIA

*Physionomia  
ab initio sta-  
tim necessa-  
ria.*

curationis inuestigatione statim ab ori-  
gine ueram Physionomiam medi-  
cina desideret, non autem medicum,  
qui hanc ignorat qui uetularum artes  
colligit, ut doctores similesq; faciunt,  
qui relictis suis libris, ad uetularū ar-  
tes ueteraq; experimenta, & uade me-  
cum, ut appellant, deficiunt. Quid se-  
ptem liberalium artium magister effi-  
ciet hic? aut quid eum in medicina do-  
ctiorem reddit? cum artes eius septem  
de his rebus nihil doceant? quid bea-  
nus in medicina faciet, cuius ars nihil  
est aliud quàm figmentum? ad quod  
homo mendax aptus est, qui coram  
hominibus cum decore doctus appa-  
reat, quo nemo fruatur, qui nec frigi-  
dus, nec calidus, nec acerbus, nec dul-  
cis sit, sibiq; ipsi optimè placet. Sic non  
solum acuti illi homines sunt, qui soli  
medicæ artis facultatem regunt, sed e-  
tiam plures ipsis similes. Iam observa-  
te, quàm præclare ars medendi admi-  
nistretur, non secus, quàm si uestem  
pelliceam in manicas suas colloces. At  
qui

*Artis medicæ  
administri  
inepti.*

quæ huius artis professionem tueri de-  
 bebant, non ueneficos, sed magos esse  
 oportebat, hoc est, Geomanticos, Py- *Artes medicor*  
 romanticos, Hydromanticos, Chyro- *necessariae.*  
 manticos, quas artes si nouissent, etiã  
 nouissent, quæ medicum scire necesse  
 est. Sed difficulter eorum ferunt canes  
 uetuli. Sciendum est morbum initium *Morbus me-*  
 habere medicinæ, per quod discemus *dicinæ ini-*  
 Physionomiam unã esse, unam etiam *tium habet.*  
 Chyromantiam, atque etiam plures,  
 quarum hîc commemoratione non o-  
 pus est, sed quantum ad Podagram o-  
 pus est, tantum uobis propono. Quod *Non unus sed*  
 si qui minus ista intelligent, illi alios *plures legen-*  
 etiam libros perlegãt, quidquid enim *di libri sunt.*  
 in uno deest, in alio reperitur, ut omnia  
 tractentur. Hoc in omnibus fieri ne-  
 cesse est, ut medicinæ inuentricem ha-  
 beatis, sine qua inuentrice, nemo se  
 doctorem appellabit, nisi sciat, quibus  
 tueri nomen possit. Quid igitur uobis  
 suauia uerba profunt, nisi ut hypocri-  
 sin uestrã aperitiùs demõstretis, ridens  
 do, adulãdo, uerbisq; delibutis, quibus  
 hypocris



PHYSIONOMIA

hypocritam confuitis, dum ægros pec-  
cunia emungitis.

CHYROMAN-  
TIA.

*Chyroman-  
tia appella-  
tio imperfe-  
ta.*

*Appellatio  
vera.  
Herbarum.*

*Hominis.*

*Foliorum  
lineæ.*

**Q**Vanquam Chyromantia ea est,  
quæ ad manuum solum inspec-  
tionem transfertur, in quo erro-  
ror est, quod metallis manum solum  
Chyromantiæ lineas applicamus, cum  
totius corporis lineas potius adijunge-  
re debuissimus, quæ propterea, quod  
in manu magis sunt perspicuæ, Chy-  
romantiæ nomen acceperunt. Attas  
men non de manibus solum, sed etiam  
de stirpibus, hoc est, herba, quæ crescit,  
folia habet, quæ habent Chyroman-  
tiam. Quodlibet enim folium manus  
est corporis sui. Homo duas habet, ut  
folia, plures uel pauciores, semperque  
folium manus est, manuumque anatomi-  
am efficit. Sciendum autem est, fo-  
liorum lineas formam habere dupli-  
cem, masculam & foeminam, ueluti &  
foeminæ

feminae à uiris differunt, quod disci-  
 men manuum in ipsis cum lineis suis  
 in tanta foliorum uarietate cognoscen-  
 dum est. Sic in homine quoque singu-  
 laria conferenda sunt. Præterea scien-  
 dum, non solum folia, sed etiam cau-  
 lem siue caudicem cum suis lineis in-  
 spiciendam: ut fraxini, fagi, abietis: *Caulis*  
 quæ caudices Chyromantiam docent *Caudices.*  
 cognoscere, similem enim cum homi-  
 nibus rationem habent: quorum cau-  
 dices longitudo corporis est. Sed &  
 hoc in Chyromantia considerandum:  
 quod cum ignoratis, non medici estis,  
 sed particularium rerum collectores:  
 quippe ut sciatis lineas architectas in *Linea archi-*  
 manu cognoscere, quod qui illas ha- *tecta.*  
 bet, is in colicam incidit lætalem: qua-  
 re linea architecta foliorum colicæ  
 medetur. Sic etiam linea anchora a *Linea an-*  
 poplexiam notat: & sic in cæteris. *chora.*  
 Medicina enim ex Chyromancia sumen- *Medicina ex*  
 da est: & cum medicamenta præscri- *Chyroman-*  
 bis Physionomia, & Chyromantia *tia sumenda.*  
 omissa, ab arte tota aberras. Sic in Po-  
 G      dagra

PHYSIONOMIA

Podagra corpus suum Physionomia habet: hoc est, nisi corpus efficiat Podagrae Physionomia, Podagra nulla aderit: sed corpus adesse necesse est. Idem de caduco sentio qui sine corpore minime esse potest: sic in omnibus morbis euenit. Sic igitur corpus adesse necesse est, & sine corpore nihil fit: corpora habent singularia, morbos singulares, & singularia quoque signa. De his signis loquar, ex quibus discit medicus. sine signis enim quis aliquid discit: Signa artificem faciunt: quibus quid res ipsa sit, cognoscitur: & sine quibus nihil cognoscitur. Quamobrem uos non iniquè in Chyromantiae & Physionomiae artem introduco: quæ omnium futurorum morborum signa ostendunt. Sic quemadmodum corpus uirum ostendit, hoc est, morbum: sic natura morbi etiam feminam habet, hoc est, medicinam: quæ ipsidem notata signis est: quorum medici sunt ignari. Verum non externam solum, sed internam Chyromantiam

*In morbo corpus esse necesse est.*

*Signa.*

*Signa artificem faciunt.*

tiam desidero. Vt enim Physionomia ab interioribus progreditur: sic & interius, & foris cognoscenda est. Idem de Chyromantia sentiendum. Si igitur Chyromantia quoque interna est: necessarium est, ut illam ab externa capiamus: quæ internæ index est: ueluti frondes, & folia arboris, radicem eius in uisceribus terræ indicant, ac si oculis cerneremus. Huc igitur Chyromantia & Physionomia spectant: ut ab externa interiorem cognoscamus Chyromantiam: quomodo hæc se in toto corpore habeat. Si hæc nouerimus, & in Anatomiam ducemur, interius inuenimus, quicquid foris uidimus, atque iudicauimus. Quare sciendum est: morbos occultos in seipsis delitescere: sic etiam illorum fœminas, hoc est, medicinas, quilibet enim morbus à corpore suo est: suaq; corpus signa habet: ut quidquid in eo sit dispositum, foras expellatur. Eiusmodi ordinem, atq; dispositionem habet etiam medicina, ut medicus discat, experias

*Chyromantia externa interioris index est.*

*Morbi in seipsis delitescunt.*

G ij turq;



127 5943


PHYSIONOM. MORBORVM.


In schola natura discendum.


turq; , non cogitationes proprias , sed ut magistrum inuestiget : & nihil imperite faciat. Omnes enim & magistri, & doctores , qui non ex naturæ schola generantur, deceptores sunt: quibus si quid successerit: sine ipsorum scientia , & intellectu fortuito fit: ac si quis nummum inueniat.

FINIS.


M. D. LXVIII
























6008-90

